



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Quomodo genealogia[m] Iudaeorum deleuit. Ca. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

HAYMO DE CHRISTIA.  
QVOMODO GENEALOGI-

am Iudæorum deleuit.

Caput .V.

**P**eridem vero tempus summã Herodes tenens potestatem, cum ignobilis esset, inuidens generositati Iudæorum, libros generationis eorũ q̄ descripti habebantur in arciuis tēpli secretioribus, cū quibusdã genealogijs alienigenarũ, vt Achior ex Ammanitis, & Ruth ex Moabitibus incēdi iubet. Quos aliqui studiosi viri diuino munere recolligentes, partim quã iam habebãt domi descriptos, partim quia p̄ sapig suę ordinẽ memoriter tenebãt, ad nos vsq̄ perduxerunt, inter quos fuerũt quidam heriles, vel dominici apostolati, propter propinquitatem generis Christi, qui & generationẽ eius docuerunt, secundum quod euangeliorum veritas habet.

DE VINDICTA DEI IN EO.

Caput VI.

**I**gitur pro sacrilegio q̄d in saluatorẽ, eiusq̄ coęnos cõmiserat, Herodẽ vltio diuina mox purget. Iosephus in xvij. antiquitatũ lib. Incipit torq̄ri mirabili & miserabili dolore, interius & exterius aduritur incēdio, nimietate gulę & auiditate cibi distendit̄, p̄betenus inflatus, circa verẽda scetet vermibus. Idem in ij. lib. Visum est autem medicis vt oleo calido fomentaretur, cumq̄ in ipso fomento depositus esset, ita resolutus est omnibus membris, vt oculi etiã ipsi e suis sedibus soluerentur.

DE FAMOSA NEQVITIA,

quã in morte sua p̄petrauit. Cap. VII.